

444 [= 212] lapis altus pedes 5. poll. 8, latus p. 2 p. 8. Secundo a Caposele lapide ad septentrionem, *contrada Castagneto* (sive *la preta* sive *S. Maria*) *alle falde della Montagna di Oppido* rep. 1834. — Montem Oppidi prope Caposele cum Oppido Basilicatae sive Bantia antiqua confudit GVARINIVS.

SILVANO · SACRVM · VOTO
 SVSCEPTO · PRO · SALVTE · DOMITIANI
 AVG · N · L · DOMITIVS · PHAON · AD · CVLTVM
 TVTELAMQVE · ET · SACRFICIA · IN · OMNE sic
 5 TEMPVS · POSTERV · IIS · QVI · IN · COLLEGIO
 SILVANI · HODIE · ESSENT · QUIQVE · POSTEA
 SVBISSENT · FVNDVM · IVNIANVM · ET
 LOLLIANVM · ET · PERCENNIANVM · ET
 STATVLEIANVM · SVOS · CVM · SVIS · VILLIS
 10 FINIBVSQVE · ATTRIBVIT · SANXITQVE · VTI
 EX · REDITV · EORVM · FVNDORV · Q · S · S · S · K · IANV
 III · IDVS · FEBR · DOMITIAE · AVG · N · NATALE · E
 V · K · IVLIAS · DEDICATIONE SILVANI · ET · XII · K
 IVLIAS ROSALIBVS · ET · IX · K NOVEMBR NATA.
 15 DOMITIANI · AVG · N · SACRVM · IN · RE · PRAESNTI
 FIERET · CONVENIRENTQVE · II · QVI · IN
 COLLEGIO ESSENT · AD EPVLANDVM CVRA
 NTIBVS · SVI CVIVS · QVE · ANNI · MAGISTRIS · HVIC
 REI · DOLVM MALVM · AFVTVRVM · QVOMINS
 20 EA · QVAE · SVPR · SCRIPTA · SVNT · FIAN
 MANIFESTVM EST · CVM · PRO · SALVTE OPTVM
 PRINCIPIS · ET · DOMINI · I · S · FVNDI · CONSECRATI
 SINT · DIES · QVE · SACRIFICIORVM · CONPRE
 HENSI · PRAETREA LOCVS SIVE · EA · PARS
 25 AGPI · SILVAE · QVE · EST · IN · VIVARIO · QVAE CIPPIS sic
 POSITIS · CIRCA · SILVANVM DETERMINATA
 EST · SILVANO · CEDET · ET · VIA · ADITVS · AD SILVANV
 PER · FVNDVM · QAESICIANVM · OMNIBVS · PATEBIT sic
 LIGNIS · QVOQVE · ET · EX · FVNDO · GALLICIANO
 30 ET · AQVA · SACRIFICI · CAVSA · ET · DE · VIVARIO
 PROMISCV · LICEBIT · VTI · HAEC · SIC · DARI
 FIERI · PRAESTARI · SINE DOLO MALO IVSSIT
 PERMISITQVE I · DOMITIVS PHAON
 CVIVS · OMN · ES · LOCVS · FVIT

Recognovit Brunn diligentissime. Guarini var. monum. p. 13 ex duobus apographis, quorum unum confecit Paschalis d'Amato Teorensis; ex tertio Avellino opusc. III, 305, qui exemplar ut acceperat cum descriptoris supplementis edidit. Henzen n. 6085 ad exemplar Brunni.

34 inter OMN et ES lapis scriptura vacat propter vitium.

Silvano sacrum voto suscepto pro salute Domitian[us] Aug[ustinus] n[ostri]. L. Domitius Phaon ad cultum tutelamque et sacr[ificia] in omne tempus posteru[m] iis, qui in collegio Silvani hodie essent quique postea subissent, fundum Iunianum et Lollianum et Percennianum et Statuleianum suos cum suis villis finibusque attribuit, sanxitque uti ex reditu eorum fundoru[m] q[ui] s[upra] s[cripti] s[unt], k. Ianu., III idus Febr. Domitiae Aug[ustinus] n[ostri] natale, et V k. Iulias dedicatione Silvani, et XII k. Iulias rosalibus, et IX k. Novembr. natal[e] Domitiani Aug[ustinus] n[ostri], sacrum in re praesenti fieret, convenirentque ii qui in collegio essent ad epulandum, curantibus sui cuiusque anni magistris. Huic rei dolum malum afuturum quominus ea quae supr[a] scripta sunt fiant, manifestum est, cum pro salute optum[us] principis et domini i[n]fra s[cripti] fundi consecrat[us] sint diesque sacrificiorum comprehensi. Praet[erea] locus, sive ea pars agr[us] silvaequ[e] est, in vivario, quae cippis positus circa Silvanum determinata est, Silvano cedet, et via aditus ad Silvanu[m] per fundum Quaesicianum omnibus patebit. Lignis quoque et ex fundo Galliciano et aqua sacrifici causa et de vivario promiscue licebit uti. Haec sic dari fieri praestari sine dolo malo iussit permisitque [L.] Domitius Phaon, cuius om[ni]s locus fuit. Cf. titulus Agrippinensis Henzeni n. 6598: Deanae sacrum A. Titius . . . idemque vivarium saepit. — Quod v. 22 fundi dicuntur non supra, sed infra scripti, nisi errore pro ·s·s· quadratarius dedit ·i·s·, ita explicandum est nomina fundorum non perscripta fuisse in ipsa cautione, sed indicem eorum accurate factum cautioni subiunctum. Epitomae autem cautionis, quae titulo incisa est, cum in principio pro fundis infra scriptis nomina brevi forma significata insererentur, v. 11 ut debuit mutatus est, hoc loco antiqua forma male remansit.

445 Laviani sexto a capite Silari lapide sub turri ecclesiae maximae.

FADIO · DEXTRO
 FADIA · FELICVLA
 COIVGI · BENE · MER
 ENTI · FECIT · iis XV
 5 IN QVO · OPERE · DE
 DIT · COLLEGIVS · DENDR
 OPHORORVM · iis . . .

Corcia 3, 91. Idem exemplum, sed minus interpolatum misit intercedente optimo amico de Petra syndicus Lavianensis. Eodem pertinet fortasse versiculus primus centonis qui refertur inter Compsinos vol. IX n. 972: INQVO · OPERE · COLLEGIVM · DEC.

Versus divisi ad exemplum syndici. — 3 CONIVGI Corc. — 4 FECI · MLXV traditur; fuisse FECIT · HS · XV similiterve vidit Petra. — 5 INOVO traditur. — 5. 6 DEDIL ex. syndici, DILAPSVM Corcia ex interpolatione. — DENDROFORORVM Corc., DENDROPHORVM ex. synd. — Certe tale quid subest titulo collegium dendrophorum aut ad monumentum faciendum certam summam contribuisset aut suo sumptu id refecisset.

446 litteris bonis. Valvae prope Volceios in hortis marchionis Dayala-Valva.

A L L I D I A E ·
 C · F
 S T A T V T A E · E T
 C · S P E D I O A T I M E T O
 5 A V G V S T A L ·
 C · S P E D I V S · A S I A T I C V S
 O P T I M I S · P A R E N T I B

Descripsit Kaibel. Corcia 3, 92.
 Corciae errores sprevi. Cf. n. 424.

447 litteris rudibus. Valvae prope Volceios.

D M S
 L MART
 IO CONIVGI BEN
 E MERENTI PRI
 5 MA CONIVX F
 ECIT

Recognovit Kaibel. Corcia 3, 93.

448 Colliani prope Volceios. Frustra quae-sivit KAIBEL.

A E L I O
 O · A V G
 R O M V L V S · P A T R I
 B E N E · M E R E N T I · F

Corcia 3, 93.

449 Colliani prope Volceios in domo Iosephi Cardoni.

D M
 A L L I A E · D A N A I
 D I G R V M E N T I
 N A C V M F I L I O
 5 P A T R O N A · B M
 F E C I T

G. Kaibel descripsit. Corcia 3, 93.
 Corciae errores non adnotavi.